

**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Qvo Eivsdem Philosophia, Mathesis Et Chronologia: Sive De Natura Rerum,  
Ratione Temporvm., Sex Mvndi Æstatibvs, Philosophiæ Elementis; Et Alii  
Vtilissimi Simvl Et Cvriosi Tractatus

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De sex æstatibus mundi, sive Chronicon, libellus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72047](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72047)

bus possit fieri prima, sed ipsa una maneat cœlesti luce perennis. Unde benè Propheta visionem hujus diei sitiens, unam eam vocat dicens: Quia melior est dies una in atrio tuis super millia. Cum ergo octavam in scripturis legimus, sciamus mystice & diem & atatem posse intelligi, quia & Dominus octava die, id est, post septimam Sabbati resurrexit à mortuis. Et nos non solum post septem volubilis hujus saeculi dies, sed etiam post sapere memoratas septem atates in octava atate simul & die resurgemus. Quæ vita dies in se quidem ipsa mansit semper, manet & manebit eterna, sed nobis tunc incipiet, cum ad eam videndum meruerimus intrare, ubi quo actu occupentur sancti, perfecta spiritus & carnis immortalitate renovati, restatur Psalmita, qui Deo per laudem amoris canit: Beati qui habitant in domo tua Domine, in factum saeculi laudabunt te. Quo visu delectentur, idem consequenter exponit; etenim benedictionem dabit, qui legem dedit, ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion: Quales ad hanc venire possint, ipse qui est via, veritas & vita reflatur Dominus: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ergo noster libellus de volubilac fluctuagio temporum lapsu descriptus, opportunum de eterna stabilitate, ac stabili aeternitate habeat finem. Quem rogo si qui lectio dignum rati fuerint, me suis in precibus Domino commendent, piaque apud Deum & proximos, quantum valent, agant industria, ut post temporales cœlestium actionum fudores, eternam cuncti cœlestium præmiorum mereamur accipere palmarum.

## DE TEMPORUM RATIONE FINIS.

# VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI, ANGLO-SAXONIS, DE SEX AETATIBVS MUNDI, SIVE CHRONICON,

LIBELLUS.



E sex hujus mundi atatibus, ac septima vel octava quietis, vitæque cœlestis. & suprà in comparatione prime hebdomadis, in qua mundus ornatus est, aliquanta perstrinximus, & nunc in comparatione xvi unius hominis, μηρόνομος Græcè à Philosophis, hoc est, minor mundus solet nuncupari, de eisdem aliquanto latius exponemus.

Homo  
minor  
mundus.

Prima est ergo mundi hujus atas, ab Adam usque ad Noe, continens annos juxta Hebraicam veritatem, IM. DCLVI, juxta Septuaginta interpres IIM. CCXLII, generationes juxta utramque editionem numero X. Quæ universalis est deleta diluvio: sicut primam cuiusque hominis oblivio demergere conseruit atatem: quotus enim quisque est qui suam recordetur infantiam?

Secunda atas à Noe usque ad Abraham, generationes juxta Hebraicam auctoritatem complexa X. annos atitem CCXCII. Porro juxta Septuaginta interpres annos IM. LXXII, generationes vero XI. Hæc quasi pueritia sive generis populi Dei, & idèo in lingua inventa est, Hebræa. A pueritia namque incipit homo hosce loqui post infantiam, quæ hinc appellata est, quod sari non potest.

Tertia ab Abraham usque ad David, generationes juxta utramque auctoritatem quatuordecim, annos vero DCCCCXLII. complectens. Hæc velut quedam adolescencia sive generis populi Dei, à qua atate quia incipit homo posse generare, propterea Matthæus Evangelista generationum ex Abraham sumpsit exordium, qui etiam Pater gentium constitutus est, quando mutatum nomen accepit.

Quarta à David usque ad transmigrationem Babylonis, annos habens juxta Hebraicam veritatem CCCCLXXXIII, juxta Septuaginta translationem XII, amplius generationes juxta utroque codices XVII. Quas tamen Evangelista Matthæus certi mysterij gratia quatuordecim ponit. A qua velut juvenili atate in populo Dei Regum tempora ceperunt. Hæc namque in hominibus atas apta gubernando solet existere regno.

Quinta quasi senilis atas, à transmigratione Babylonis, usque in adventum Domini Salvatoris in carnem, generationibus & ipsa XIV. Porro annis DLXXXIX. extenta, in qua ut gravi senectute fessa, malis crebrioribus plebs Hebræa qualatur.

Sexta, quæ nunc agitur atas, nulla generationum vel temporum serie certa est, sed ut atas decrepita ipsa totius saeculi morte consummanda. Has armonolas, plenasque laboribus mundi atates quique felici morte vicecent: septima jam Sabbati perennis atate suscepit, octavam beatæ resurrectionis atatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

Prima igitur atate saeculi nascentis, prima hujus die, fecit Deus lucem quam appellavit diem. Sectunda firmamentum colii in medio libravit aquarum, ipsi aquis ac terra, cum celo superiore, ac virtutibus quæ in eo conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertia die congregatis in suum locum aquis, quæ cuncta concrexerant, aridam iussit apparere. Quarta fædra infirmamento celi posuit, quæ nunc, quantum æquinoctij conjectura colligimus, duodecimus Kalendarum Aprilium vocatur. Quinta, natatilia & volatilia creavit animantia. Sexta animalia terrestria, & ipsum hominem formavit Adam, de cuius latere dormientis, matrem omnium viventium produxit Evar, quæ nunc quantum mihi videtur esse credibile. decima Kalendarum Aprilium dies appellatur. Unde merito creditur, si non verior sententia vincit, quod beatus Theophilus cum ceteris, non solum Palæstine, sed & permultis aliarum regionum Episcopis de Pascha disputans scriptit, eodem decimo Kalend. April. die Dominum fuisse crucifixum. Debeat enim sicut eademque non solum hebdomadis, sed & mensis die, secundum Adam pro generis humani salute vivifica morte sopitum, de productis è latere suo Sacramentis cœlestibus sponsam sibi sanctificare Ecclesiam: quia videlicet die primum Adam, Patrem videlicet humani generis ipse creaverat, eique de latere costam tollens adificavit mulierem, cuius adjutorio genus propagaret humanum.

Prima  
atas.

Anno  
mundi.

130.

Adam annorum centum & triginta genuit Seth, cui supervixit annis DCCC. Verum Septuaginta interpres ante natum Seth posuere annos CCXXX. postea DCC. Seth interpretatus resurrecio, significans resurrectionem Christi a mortuis, cuius mortem illatam à Judæis significat Abel, qui dicitur lucitus, à fratre Cain occisus.

Anno mundi. DCCVII.	Seth annorum CV. genuit Enos, cui supervixit annis DCCCVII. Porro Septuaginta ante natum Enos annos, CCV. postea posuere † DCCVI. Enos interpretatur homo, de quo benè dicitur: Ille cœpit invocare nomen Domini: quia hominum est proprium, ut suæ fragilitatis memores invocent conditoris auxilium, eorum duntaxat qui in fide Christi viventes filii resurrectionis esse latantur.	anno mundi.
325.	Enos annorum XC. genuit Cainan, cui supervixit annis DCCCXV. Sed LXX. ante natum Cainan CXC. annos postea DCCXV, posuere.	235.
395.	Cainan annorum LX. genuit Malaleel, post cujus ortum vixit annis DCCCXL. LXX. ante natum Malaleel CLXX. postea dixerunt DCCXL.	395.
460.	Malaleel annorum LXV. genuit Iareth, cui supervixit annis DCCCCXXX. LXX. ante natum Jareth CLXV. postea posuere DCCXXX.	460.
622.	Jareth annorum CLXII. genuit Enoch, cui supervixit annis DCCC. In hac generatione nusquam utriusque codices discrepant. Hunc Enoch nonnulla divine scripsisse, Iudea Apostolo attestante compemimus. Sed ut B. Augustinus dicit: Non solum non sunt in eo canone scripturarum, qui servabatur in templo Hebrei populi succedentium diligenter sacerdotum, nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei judicata sunt, nec utrum hæc essent quæ ille scripsisset poterat inventari. Unde illa quæ sub ejus nomine profertur, & continent illas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines Patres, recte à prudenteribus judicantur non ipsius esse credenda.	622.
687.	Enoch annorum LXV. genuit Mathusalam, post cujus ortum vixit trecentis annis, & ambitulavit cum Deo. Septuaginta ante natum Mathusalam posuere CLXV. annos, postea CC. Et benè in septima generatione Enoch, qui interpretatur dedicatio, tulit à mortalibus Deus, qui civitas electorum in sex hujus facili pro Deo laborans & atibus, in septima Sabbati futuri gloriam dedicationis expectat. At quia reprobri solum præsentis sunt felicitate contenti, Cain civitatem quam statuit in septima generatione, sed in primogenito Enoch filio consecrata.	687.
824.	Mathusalam annorum CLXXXVII. genuit Lamech, cui supervixit annis DCCLXXXII, id est, usque ad diluvium. LXX. ante natum Lamech CLXVII. ponunt annos, postea DCCC. & III. Qui numerus, ut lector facilime videbit, juxta Hebraicam veritatem XX. annis, juxta ipsorum verò auctoritatem XIV. annis diluvij tempora transit. De qua famosissima quæstione doctissimi partes, Hieronymus in libro quæstionum Hebraicarum, Augustinus in libro de civitate Dei quintodecim plenissime disputatione.	874.
1056.	Lamech annorum CLXXXII. genuit Noe, cui supervixit annis DCXCV. LXX. ante natum Noe ponunt annos CLXXXVIII. & postea DLXV. In hac sola generatione summa universitatis discrepat, quia XXIV. annis plus vixisse Lamech in Hebreis, quā in LXX. translatorum codicibus invenitur.	1056.
1656.	Noe anno DC, venit diluvium mense secundo, XVII. die mensis. Sane de differentia annorum inter Hebraicam & LXX. interpretari auctoritatem, ne quis nos laceret novas moviles quæstiones, legat prefatorum patrum memoria opulcula, & intelligat hanc jam olim novissimam fuisse distantiæ, cujus originem distantiæ cum beatus Augustinus solerissimè quæsisset, dixit in libro supra scripto capitulo XIII. inter alia sic: Credibilius ergo quis dixerit, cum primo de bibliotheca Ptolemai descripsi ista coepissent, tunc aliud tale fieri potuisse in codice uno, sed primus inde descripto, unde iam latius emanaret, ubi potius quidem accideret etiam scriptoris error. Et hoc in illa quæstione de vita Mathusale non absurdum est suscipiari. Et post aliquanta Recepit fieri, inquit, nullo modo dubitaverim, ut cum diversum aliquid in utrisque codicibus inveniatur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum ei lingua portus credatur, unde est in aliis per interpretes facta translatio.	1656.
Secunda pars.	Secunda facili erat primus hujus die, quæ est vicelima septima mensis secundi, egressus est Noe de arca, in qua pauci, id est, VIII. anima & facta sunt per aquam. Quod commemorant in Epistola B. Apostoli Petrus mirifice statim exponere curavit, cum subiunxit, quod & nos nunc similis formæ salvos fecit baptismus, non carnis depositio lordinum, sed conscientia bona interrogatio in Deum, per resurrectionem Jesu Christi, qui est in dextera Dei. In aqua diluvij baptismum, in arca & ijs que continebat, Ecclesiam & fideles illius, in octonario animatum numero, mysterium Dominicanae resurrectionis, in cuius fide baptizamur, docens esse figuratum.	
1658.	Sem. annorum genuit Arphaxad biennium post diluvium. Ab Arphaxad Chaldaeos originem duxisse Hieronymus scribit. Supervixit autem Sem nato Arphaxad D. annis, id est, usque ad quinquagesimum annum nativitatis Jacob.	1658.
1643.	Arphaxad annorum XXXV. genuit Sale. Hic LXX. interpretes una generatione plus quam Hebraica veritas posuere, dicentes quod Arphaxad cum esset annorum CXXXV. genererit Cainan. Qui cum CXXX. annorum fuerit, ipse genererit Sale. Quorum translationem Evangelista Lucas hoc in loco videtur esse secutus. Verum Chronographi Graecorum cum generationum serient ad auctoritatem Hebraicam castigant, ablata una generatione Cainan, nec tantum numerum annorum in generationibus, quas cum eis habuere communes, ad eorum auctoritatem castigare curarent, propriam secuti auctoritatem dederunt huic etati annorum summam minorem quidem LXX. translatorum editione annis CXXX. sed Hebraica veritate annis DC. & L. majorem, id est, annis DCCCC. & XLII. Vixit autem Arphaxad post natum Sale annos CCC. & III. cui tamen LXX. post natum Cainan scribunt annos † CCCXXX. & Cainan post natum Sale CCCXXXVIII.	1643.
1723.	Sale annorum XXX. genuit Heber, cui supervixit annis CCCCIII. LXX. ante natum Heber posuere annos CXXX. postea trecentos & triginta. Ab hoc Heber Hebraeorum nomen & genus oritur.	1723.
1757.	Heber annorum XXXIV. genuit Phalech, cui supervixit annis CCCXXX. LXX. ante natum Phalech annos posuere CXXXIV. postea CCLX. Phalech interpretatur diviso, cui propterea tale nomen imposuere parentes, quia tempore nativitatis ipsius terra per linguarum confusione dividisa est. Cujus divisionis Arnobius rhetor in expositione Psalmi CIV. ita meminit: Sem primogenito Noe pars facta est à Persida & Baetris usque in Indiam longe & usque Rhinocoruras. Quæ spacia terrarum habent linguas sermone barbarico XX. & VII. In quibus linguis Gentes sunt patriarum CCCC. & VI. non diversarum linguarum, sed ut dixi, diversarum patriarum. Verbi gratia, cum una lingua Latina sit, sub una lingua diversæ sunt patriæ Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, Calabrorum, Picentum, Thulcorum. Et ijs atque hujusmodi similia si dicamus.	1757.
1787.	Cham verò secundus filius Noe à Rhinocoruras usque Gadira habens linguas sermone Punico à parte Garamantum, Latino à parte Botæ, Barbarico à parte Meridiani Aethiopum & Ægyptiorum, ac barbaris interioribus vario sermone XX. duabus linguis in patriis CCCXC. & IV. Japheth autem tertius, à Media usque Gadira ad Boream. Habet autem Japheth flumen Trigridem, qui dividit Medianam & Babyloniam in patrijs ducentis, sermone vario, in linguis XX. & III. Fiume ergo omnes simili lingua LXXII. Patriæ autem generationum M. quæ in tripartito faculo hoc ordine sitæ sunt. Habet, ut diximus, Japheth flumen Trigridem, qui dividit Medianam & Babyloniam, Sem autem Euphraten, Cham verò Geon, qui vocatur Nilus.	1787.
	Phalech annorum XXX. genuit Reu, cui supervixit annis CCIX. LXX. ante natum Reu CXXX. annos posuere.	
	nunt,	

Anno mundi.	nunt, postea CCIX. His temporibus primum tempa constructa, & quidam principes gentium tanquam dij sunt adorati.	Anno mundi.
2819.	Re anno XXXII. genuit Seruch, cui supervixit annis CCVII. LX. ante natum Seruch CXXXII. annos ponunt, postea CCVII. Scytharum regnum dicitur exortum, ubi primus regnavit Tanaus.	1819.
1849. vicipes.	Seruch annorum XXX. genuit Nachor, cui supervixit annis CC. LXX. ante natum Nachor ponunt annos centum triginta, postea CC. Aegyptiorum imperium dicitur inchoatum, primo eis regnante Zoves.	1849.
1878.	Nachor annorum XXIX. genuit Thare, cui supervixit annis CXIX. LXX. ante natum Thare ponunt annos LXXIX. postea CXXIX. Assyriorum Sicyoniorumque regnum nascitur: his primum Belo, illis Aegialo regnante.	1878.
1948.	Thare annorum LXX. genuit Abraham, cui supervixit annis CXXXV. Hactenus secunda saecula etas protenditur, clavis tota serie recentita B. Augustinus in libro de civitate Dei XVI. capitulo decimo, hoc modo concludit. Fuit itaque anni à diluvio usque ad Abraham MLXXII. secundum vulgatam editionem, hoc est, interpretum LXX. In Hebreis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri, de quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt.	1948.
Tertia etas.	Tertia mundi etas à nativitate ceperit Abraham Patriarcha, qui LXXV. annorum cum esset, relicta gente patria, ad imperium Dei venit in terram Chanaan, accipiens promissionem nasciturum de suo semine Salvatoris, in quo benedicerunt omnes gentes, simul & seipsum in gentem magnam effuturum, quarum una spiritualis, altera est promissio carnalis, His temporibus Ninus & Semiramis Alcyrius regnant.	2023.
2034.	Abraham annorum LXXXVI. genuit Ismael, à quo Ismaelitz: genuit autem Ismael XII. duces, & vixit annos CXXXVII.	2034.
2048.	Idem Abraham annorum C. genuit Isaac, qui primus & solus in toto testamento veteris serie legitur octava die circumciditus. Quod non sine magno mysterio privilegium est filio promissionis donatum.	2048.
2108.	Isaac annorum LX. genuit Esau & Jacob Patriarchas Idumea & Israeliticæ gentis, post quorum ortum vixit annos CXX His temporibus primum apud Argos regnavit Inachus annis L. cuius filia Io, quam Aegypti mutato nomine Isidem colunt.	2108.
2238.	Jacob annorum CXXX, descendit in Aegyptum in animabus LXX. Hujus temporibus Memphis in Aegypto ab Ape Argivorum rege condita, Sparta quoque à Sparto filio Phoronai Regis Argivorum conditur.	2238.
Exod. 12.	Habitatio filiorum Israël qua manserunt in Aegypti, ut scriptura testatur Exodi: quorum tamen summam annorum Chronographi à septuagesimo quinto anno nativitatis Abraham, quando terram repromotionis intravit computant, sequentes editionem LXX. interpretum, quæ dicit: Habitatio autem filiorum Israël, qua habitaverunt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi & Patres eorum, anni CCCC XXX. Quam necessaria sequendam & ipsa Hebraica veritas ostendit, quæ narrat Chaach filium Levi, quem natum esse constat in terra Chanaan, vixisse annos CXXXIII. & filium eius Amiram Patrem Moysis annos CXXXVII. & ipsum Moysen octuaginta fullis annorum, tempore egiesationis de Aegypto. Quia nimis horum summam annorum constat CCCC. & XXX. implere non posse. Annuit autem horum translationi & Apostolus cum ait: Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini ejus, non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quali in uno, & feminæ tui quo est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post CCCC. & XXX. annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandas promissiones patrum.	2453.
2453.	Moyses annis XL. eductum ex Aegypto regit populum Israël in deserto, quorum primo anno tabernaculum Domino constituit, & VII. mensibus optis perficiens, mensie primo anni secundi prima die mensis exire. Hucusque ut Eusebius commemorat, quinque libri Moysis continent gesta annorum IIIM. DCCXXX, secundum LXX. Seniorum interpretationem. Quot vero annos hujus temporis Hebraica veritas contineat, Josephus in primo contra Appionem Grammaticum libro ita commemorat. Neque igitur innunera apud nos habentur volumina inter se invicem discordantia, sed II. tantum & XX. sunt libri, qui omnium temporum seriem concinent, qui & iuste creditur divinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt Moysi, continent leges vitæ, & successioniis humanae profapiam, usque ad ipsius Moysiterminum pertinentes. Qui paulo minus ad tria millia annorum continentiam gerunt.	2453.
2493.	Iosue annis XXV. regit populum Israël, ut Josephus docet: nam scriptura sancta quo fuerint anni ducatus illius taceret. Quare vero Eusebius in Chronicis XXVII. posuerit, infra dicemus. Primo autem sui ducatus anno, Iosue primo mensie decima die mensis populum paterfacto Jordani alveo in terram repromotionis induxit, quo videlicet anno, ut in Chronicis prefatis Eusebii reperimus, principium erat quinquagesimi primi Jubilei secundum Hebraeos, id est, IIID, anni erant ab initio mundi completi, singulis Jubileorum ordinibus per quinquagenos annos deputatis. At vero hanc temporis hujus esse summam nostra inquisitio neququam invenire valuit, constat enim quia MDCLVI. ad diluvium usque fuisse anni. Inde ad Abraham CXXII. qui LXXV. erat annorum, quando promissionem Dei accepit. Promissionis anni CCCCX. ducatus Moysi anni XL. qui profecto numerus non IIID. sed VII. minus, id est, IIIMCCCX. ut prænotavimus, annos implet.	2493.
2519.	Othoniel annis XL. tribu Juda primus Israëli Judex Dominio jubente constitutus. Hujus temporibus primis filii Israël serviere Chusân Rafathaim Regi Meopotamia VIII. annis.	2519.
2559.	Aoth annis LXXX. filius Gera, filii Gemini, qui utraque manu utebatur pro dextera, cujus in principiis servivit Israël Egion Regi Moab annis XVIII. donec eum ipse percusso Egion liberavit. Hoc tempore Cyrene civitas condita est in Libya.	2559.
2639.	Debora annis XL. Prophetissa de tribu Ephraim, cum Barach de tribu Neptalem, cujus in inicio ducatus opprefxit filios Israël Jabin Rex Chanaan XX. annis, qui regnabat in Asor. Sed occiso ab Israël principe militiæ ejus Sifara, humiliatus tandem ac deletus est. Hoc tempore Mileses condita.	2639.
2689.	Gedenn annis XL. ex tribu Manasse. Sub quo servivit Israël Madianitis & Amalechitis VII. annis, sed Gedeon pugnante liberatus est. Tyrus conditus est ante templum Hierosolymorum annis CCXL. ut scribit Josephus.	2689.
2719.	Abimelech annis tribus, filius Gedeonis, qui regnabat in Sichem. Hercules Ilium vastat.	2719.
2722.	Thola annis XXIII. filius Phoa patru Abimelech, vir de Isachar, qui habitabat in Sanir montis Ephraim. Bellum Lapitharum & Centaurorum, quos scribit Palephatus primo de incredibilibus libro nobiles fuisse equites Thessalorum. In Troia post Laomedontem regnavit Priamus.	2722.
2745.	Iair annis XXII. ex tribu Manasse. Hercules agonem Olympiacum constituit, à quo usque ad primam Olympia dem suppuntur anni CCCXXX.	2745.
2767.	Jephe Galadites annis sex. Philistini & Ammonites deprimit Israël, ex quibus Ammonites debellantur ab Iephe, qui in libro Judicum ab aere Moyris usque ad semetipsum ait suppuntari annos trecentos.	2767.
2773.	Abesan de Bethleem annis septem. Agamemnon imperat Mycenis annis XXXV. cujus anno XV. Troia capitul.	2773.

- Anno mundi.* Achialon Zabulonites annis X. Hic cum annis decem suis in LXX. Interpretibus non habetur, pro quorum damnatione supplicio Eusebius Ioseph filio Nun, Samuel & Sauli, quorum annos scriptura non dicit, plures annos quam in Josepho legebat adnotavit, quatenus ab egressu Israel ex Aegypto usque ad dedicationem templi CCCLXXX. annorum summa quam scriptura praedicit haberet.
2790. Labdon de tribu Ephraim annis VIII. Hujus anno tertio Troia capta est, completa à primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnavit annis CCCLXXV. A quadragesto autem & tertio regni Nini Assyriorum Regis annis DCCCXXXV. Mortuo Labdon servivit Israel Philisteis annis XI.
2798. Samson de tribu Dan annis XX. Haec liber Iudicum tempora signat, habens annos CCXCIX. Judices autem XII. Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captivitatis Troiae, sive ut quidam volunt octavum, regnavit Aeneas annis tribus, post quem Ascanius annis XXXVIII. Ante Aeneam Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latitius in Italia regnarunt annis circiter CL. Ascanius Aeneas filius Albam urbem condidit.
2818. Heili sacerdos annos quadraginta, in Hebreorum libro quadraginta anni inveniuntur. In Septuaginta autem interpretatione viginti. Hectoris filii Ilium receperunt, expulsi Antenoris posteri, Heleno sibi subsidium ferente. Latinorum tertius Sylvius Aeneas filius, regnat annis viginti novem: qui quod post mortem patris editus, ruri fuerat educatus, & Sylvius, & Posthumus nomen accepit: à quo omnes Albanorum Reges Sylvius vocati sunt, Reges Sicyonijs defecrunt, qui ab Aegaeo usque ad Zeuxippum regnaverunt annis noningentis sexaginta duobus. Post quos sacerdotes Canini constituti sunt.
2858. Samuel annis duodecim, ut docet Josephus, in scriptura enim sacra quamdiu præfuerit, minimè patet. Ab hoc tempore Prophetarum incipiunt. Latinorum quartus Aeneas Sylvius, regnat annis XXXI.
2890. Saul primus Hebreorum Rex annis XX. Et hujus quia in Canonica scriptura non habetur, de antiquitate Josephi tempus regni notavimus. In Lacedæmonie regnavit primus Euristheus annis XLII. Corinthi primus Alethi annis XXXV.
- Quarta etas.* Quarta mundi etas non solum cum inchoato Judææ gentis imperio, sed & cum innovata promissione, quæ patribus olim data est, imperij Christiani sumit exordium, jurante Domino David veritate, de fructu ventris ejus sedere super sedem eius.
2930. David primus ex tribu Juda Rex, annis XL, Latinorum quintus Latinus Sylvius annis L. Ephesus condita ab Andronicus. Carthago condita est, ut quidam volunt, à Charedone Tyro: ut vero alii, à Didone filia etijs anno CXLIII. post Troianum excidium.
2970. Solomon filius David annis quadraginta. Qui quarto regni sui anno, mense secundo templum Domino adificare coepit in Hierusalem, collectis ab egressu Israëlis ex Aegypto annis CCCC LXXX, ut Regum quoque liber testimonio est quod in figuram universi temporis, quo in hoc saeculo Christi adificatur Ecclesia, quæ in futuro perficietur, septem annis perficeret, & septimo octavi anni mense dedicavit. Latinorum sextus Alba Sylvius, Sylvius Aeneas filius, regnabit annis triginta novem. Regina Saba venit audire sapientiam Solomoni.
2987. Roboam filius Solomoni annis XVII. Hieroboam de tribu Ephraim, separavit decem tribus à domo David & à Domino, in figuram haeticorum, qui suos sequaces à Christo & Ecclesia segregant. Hujus quinto anno Selac Rex Aegypti veniens Hierosolymam, templum spoliavit. Latinorum septimus Aegyptius Sylvius, Alba superioris Regis filius regnabit annis XXIV. Samus condita, & Smyrna in urbis medium ampliata.
2990. Abia filius Roboam annis III. Hic pugnante contra se Hieroboam superavit, occisis de exercitu ejus millibus quingentis, eo quod sperasset in Domino.
3031. Asa filius Abia annis XL. Ab hoc conductus Benedab Rex Syria Damasci contra Israel, percussit omnem terram Neptalem. Latinorum octavus Capys Sylvius Aegypti superioris Regis filius, regnat annis XXVIII. Asa idola destruit, templum mundat, egredientem contra se Zara Äthiopem cum suo nemine exercitu. Ambri Rex Israel emit montes Samariae à Somer duobus talentis argenti, & adificat eam. Ahiel de Bethel Hiericho instaurat.
3056. Isaphat filius Asa annis XXV. Helias Thesbites tres semis annos pluviam continuit propter peccata Achab & populi Israël, & inter cetera magnalia Helisæ filium Sophat, qui erat de Abel in aula, pro se unxit Prophetam. Latinorum nonus † Carpentus Sylvius, superioris Regis Capys filius, regnat annis XIII. Post quem filius ejus Tyberinus Sylvius annis VIII. à quo & fluvius appellatus est Tyberis, qui prius Albula dicebatur. Post quem Agrippa Sylvius filius ejus annis XL. Josaphat fecit rectum coram Domino.
3064. Joram filius Josaphat annis octo. Helias curu igneo rapuit quasi usque in celum, & Helisæ hæres Prophetæ derelictus, primo miraculo aquas Hiericho sanat. In diebus Joram recessit Edom ne esset sub Juda, & constituit sibi Regem. Ambulavit autem Joram in viis domus Achab, filia quippe Achab erat uxor ejus.
3065. Azarias filius Joram anno uno. Jonadab filius Rechab clarus habetur. Azariam cum filio suo Joas & nepote Amasia ob enorimatē scelerum, & quia nec patrem filium ve quispiam eorum bonum habebar, Evangelista Matthæus à Domini Salvatoris genealogia secludit.
3071. Athalia mater Azaria annis VI. quæ videns interfedium Hieu Rege Israel filium suum Azariam, interfecit omnem surper regiam domus Joram, præter solum Joas filium Azaria, quem Josabeth soror Azaria uxori Joad Pontificis furata est de medio filiorum Regis, cum interficerentur. In LXX, interpretibus VII. annis regnante Athalia narratur.
3111. Joas filius Azaria annis XL. Iste bono principio, & fine usus pessimo, in principiis sui regni templum innovat, in extremis inter cetera facinora Zachariam quoque filium Joad, tutoris quondam ac regnificantis sui, inter templum & altare lapidari præcepit. Quem ob meritum gratiam Dominus in Evangelio filium Barachia, id est, benedicti Domini cognominat. Latinorum XII. Aremulus Sylvius Agrippa superioris Regis filius regnabit annis XIX. qui præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est posuit. Hujus filius fuit Julius, proavis Julij Proculi, qui cum Romano commigrans fundavit Julianum gentem.
3140. Amalias filius Joas annis XXIX. Helisæ Propheta defunctus sepelitus in Samaria. Azahel Rex Syria addixit Israel Latinorum XIII. Aventinus Sylvius Aremuli superioris Regis major filius, regnabit annis XXXVII. atque in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus & sepultus, aeternum loco vocabulum dedit.
3192. Azarias qui & Ozias filius Amalias annis LII. Assyriorum XXXVI. Thonus concoleros, qui vocatur Græcè Sarbanapalus, Tharsus atque Anchiale condidit, & in prælio vicit ab Arbace Medo temer in incendio concremavit. Ufque ad id tempus Reges fuisse Assyriorum historia refert, & fuit simul anni MCXCVII. Omnes autem anni Assyriorum à primo anno Nini supplicantur. MCCXL, Latinorum XIV. Procas Sylvius Aventini superioris Regis filius regnabit annis XXIII. Post quem XV. Amilius Sylvius annis XLIV. Arbaces Medus Assyriorum imperio destruxit regnum in Medos transtulit, ubi primus ipse regnabit annis XXVIII. Macedonum regnum inchoat, primum habens Regem Caranum annis vigintio. Lacedæmoniorum Reges deficiunt, Lydorum incipiunt.

Jotham,

- Anno mundi. 3192. Joatham filius Oziae annis XVI. Olympias prima ab Eliensibus constituitur post annos Troiana captivitatis CCCCV. Remus & Romulus generantur Marte & Illa. Joatham inter carera virtutum bonarum opera portam dominum sublimissimam edificavit, quae in Aetibus Apostolorum Speciosa vocatur. Omnes siquidem portae templi in terra fuerunt, excepta Speciosa qua pendebat, quae ab Hebreis porta vocabatur Joathan.
3208. Achaz filius Joathan annis XVI. Ab hoc condutus Theglath Phalaes Rex Assyriorum Rasin Regem Syria interfecit, & habitatores Damasci transtulit Cyrenen. Roma condita in monte Palatino XI. Kalendas Maij à geminis Remo & Romulo filiis Rhea Sylvia, quae erat filia Numitoris fratri Regis Amulii, virgo vestalis, sed constuprata. Consulibus Iudis Sabina rapra anno ab urbe condita tertio. Remus ralro pectorali à Fabio Romuli duce occisus est.
3224. Ezechias filius Achaz annis XXIX. Hujus anno VI. Salmanaes Rex Assyriorum capta Samaria transtulit Israel in Assyrios, cuius regnum à primo Hieroboam steterat annis CCLX. Mortuo Romulo, qui XXXVIII. regnavit annis, per quinos dies Senatores rem publicam rexerunt, atque ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis XLI. qui Capitolum à fundamento edificavit.
3253. Manasse filius Ezechie annis LV. Hic ob scelera sua catenatus, & compeditus in Babyloniam ducitur, sed ob penitentiam & preces restituitur in regnum. Romanorum tertius Tullius Hostilius regnavit annis XXXII. Qui primus Regum Romanorum purpura & fascibus usus est, & ad egesto monte Cælio urbem ampliavit.
3308. 3308. Ammon filius Manasse annis II. In Hebraica veritate II. annis: in LXX. legitur regnasse XII. His tristis civitas in Ponto condita. Ammon à servis suis interficitur.
3310. 3310. Josias filius Ammon annis XXXI. Hic mundata Iudea & Hierusalem, templo etiam innovato, post abjectas idololatrias fides Pascha Domino celeberrimum facit XXVIII. anno regni sui, & cum Nechaone Ägyptiorum Regis congressus occiditur in campo Magedo, qui nunc Maximianopolis vocatur. Romanorum quartus Ancus Martius Numæ ex filia nepos, regnavit annis XXXIII. Qui Aventinum montem & Ianiculum Vrbi addidit, & supra mare sextodecimo ab urbe milliariorum Hostiam condidit. Post quem Tarquinus Priscus annis XXXVII. Qui circum Roma edificavit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas edificavit, Capitolium extruxit. In Hebreo XXXI. annis regnasse Iosias legitur. In LXX. Interpretibus XXXII. Sed & Eusebius, inter regnum ejus & Joachim alium de suo adjectum annum, propter mensis bis tenuis, quibus Joachaz vel Joachim regnaverat. Verum quid veritas habeat. Hieremias pandit, qui se à decimotertio anno, Iosiae usque ad annum quartum Joachim XXIII. annis prophetasse perhibet, & Nabuchodonosor quarto anno Joachim regnare cœpisse. Nonodecimo autem regni ejus anno Hierosolymam fuisse destinatum.
3341. 3341. Joachim filius Iosiae annis XI. Post Josiam regnabit Joachaz filius ejus tribus mensibus: quem Nechao vinclum dicens in Ägyptum, Joachim constituit Regem. Hujus anno tertio Nabuchodonosor capta Hierusalem, & plurimis captiatis, in quibus erant Daniel, Ananias, Azarias, & Mîael, partem vasorum templi Babyloniam transfert. A quarto Joachim anno scriptura Regnum Nabuchodonosor computat, quia ex eo non solum Chaldaea & Iudea, sed & Assyria, Ägyptus, Moabitis, aliisque in numeris gentibus incipit regnare. Joachim qui & Jechonias filius Joachim, mensibus tribus, & diebus X. Hic circumdata à Chaldaea Hierusalem exiit ad Regem Babylonis & mater ejus, & duciis est in Babylonem cum populo suo anno VIII. regni Nabuchodonosor.
3352. 3352. Sedechias qui & Mathias filius Iosiae annis XI. Hujus anno XI. Regis autem Babylonis XIX. Iudea captivata in Babyloniam, & templum Domini incensum est, anno ex quo fundari copit CCCCXXX. Qui autem reliqui fuerant Iudei transfugerunt in Ägyptum, qui post annos V. percussa à Chaldaea, in Babyloniam sunt & ipsi transmigrati.
4207.	Gallus cum Volusiano filio annis II. mensibus IV. Hujus Imperii Dionysius Alexandriae antistes ita meminit: At ne Gallus quidem malum Decij aut videre potuit, aut cavere, sed in eundem lapides offensio nisi impedit: cujus cum regnum florere initio, & cuncta eius sententia cederent, sanctos viros, qui pro pace regni ejus Deo summo supplicabant, persecutus est, cum quibus & prospexitatem suam fugavit & pacem. Origenes LXX. atatis anno non ad integrum impletum defunctus, & in urbe Tyri sepultus est. Cornelius Roma Episcopus rogatus à quadam matrona Lucina, corpora Apostolorum de catacumbis levavit nocte, & posuit Pauli quidem via Hostiensi, ubi decollatus est: Petri autem juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum in templum Apollinis, in monte * Aurelio, in Vaticano Palatij Neroniani, 3 Kalend. Jul.	4205.
4221.	Valerianus cum filio Gallieno annis XV. Hic in Christianos persecutione commota statim à Sapore Persarum regi capitul, ibique luminibus orbatus servi, ut miserabiliter confenserit. Unde Gallienus tan clero Dei iudicio territus pacem nostris reddidit, sed ob meritum tamen vel propriæ libidinis, vel paternæ theomachie innumera à Barbaris adfugientibus Romani regni detrimenta sustinuit. Hac persecutione Cyprianus Carthaginensis Episcopus, cuius doctrinam extant opuscula, martyrio coronatur: cuius vita & passionis voluntem egregium reliquit Pontius Diaconus ejus, qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exilium sustinuit. Theodosius, cuius turpæ meminimus, cognomento Gregorius. Neocæsaria Ponti Episcopus, magna virtutum gloria claret. E quibus unum est, quod ut Ecclesia facienda locus sufficeret, montem precibus movit, Stephanus & Xistus Roma Episcopus martyrium passi.	4207.
Ottava persecutio. 4224.	Claudius anno I. mensibus IX. Ille Gothos jam per annos XV. Illyricum Macedoniamque vastantes, superat: ob qua in curia clypeus ei aureus, & in Capitolio statua aurea collocata est. Marcion disertissimus Antiochenus presbyter Ecclesia, quippe qui in eadem urbe rhetorice docuerat, adversus Paulum de Samoata, qui Antiochiae Episcopus dogmatizabat Christum communis naturæ hominem tantum fuille, accipientibus notariis disputavit, qui dialogus usque hodie extat.	4222.
4229.	Aurelianus annos V. menses VI. Hic cum adversum nos persecutionem movisset, fulmen ante eum magno pavore circumstantium ruit: ac non multo post a militibus occisis est iteris medio, quod inter Constantinopolim & Heracleam est, itratæ veteris locus Cenotrum appellatur. Eurychianus Roma Episcopus martyrio coronatus, in cemeterio Calisti sepelitur, qui & ipse CCCXIII. martyris manu sua sepelivit.	4224.
Nona persecutio. 4230.	Tacitus menses Iex. Quo apud Pontum occiso, obtinuit Florianus in imperium diebus 88, & hic apud Tharsium interficitur. Anatholius natione Alexandrinus, Laodicea Syria Episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur. Cujus ingenii magnitudo de libro quem super psalmam composuit, & de decem libris Arithmeticæ institutionis poëtæ apertissime cognoscit. Insana Manichæorum haeresis his temporibus oritur.	4229.
4235.	Probus annis sex, menses IV. Hic Gallias jam dandum à barbaris occupatas, per multa & gravia prælia, deletis tandem hostibus ad perfectum liberavit. Secundo hujus anno, ut in Chronicis Eusebii legimus, juxta Antiochenos CCCXXV. annus fuit: juxta Tyros CCCII, juxta Laodicens CCCXXIV, juxta Edessenos DLXXXVII, juxta Afr. calonitam CCLXXX secundum Hebras initium LXXXVI. Jubilei, quod significat annos IVMCCL. Archelaus Melopotamia Episcopus, librum disputationis fuit, quam habuit ad variis Manichæum exeunte de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus à Græcis habetur à multis.	4230.
4236.	Carus cum filiis Catino & Numeriano annis II. Caius Romanus fulget Episcopus, qui à Diocletiano martyrum passus est. Phierius presbyter Alexandriae, sub Theone Episcopo florentissime populos docuit, & tantam sermonis diversitatem tractauit, qui usque hodie extant, inuenit elegantiam, ut Origenes iuorior vocaretur: vir mira parsimonia, & voluntaria paupertatis appetitor, qui post persecutionem omnium tempore vita Romæ versatus est.	4238.
4238.	Diocletianus cum Hercilio Maximiano annis XX. Carausius sumpta purpura Britanniam occupavit. Narsus rex Periarum Orienti bellum intulit. Quinquegentiani Africam vastaverunt. Aegyptum Achillius obtinuit. Ob quod Constantius & Galerius Maximinus Cæsares allumuntur in regnum. Constantius privignam Herculij Theodoram accepit, ex qua postea & liberos Constantini fratres habuit Galerius filiam Diocletiani Valeriam. Post X. annos per Asclepiodotum Praefectum prætorio Britannia receptæ, XIX. anno Diocletianus ipse in Oriente Maximianus, Hercules in Occidente vastare Ecclesiæ, affligi, interficere Christianos præcipiunt. Secundo autem persecutionis anno Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani purporam depoiverunt. Attamen coepit semel persecutio usque ad septimum Constantini annum servare non cessat. Constantius XVI. imperii anno, summa mansuetudinis & civilitatis vir, in Britannia diem obiit Eboraci. Hæc persecutio tam crudelis & crebra flagrabit, ut intra unum mensem XVII, millia martyrum pro Christo passa inveniantur. Nam & oceani limbum transgressa, Albanum, Aaron, & Julianum Britannia, cum alijs pluribus viris ac feminis felici cruce damnavit. Passus est hac Pamphilus presbyter, Eusebii Cæsariensis Episcopi necessarius, cuius vitam ipsi tribus libris comprehendit.	4237.
4258.	Tertio anno persecutionis, quo & Constantius obiit, Maximinus & Severus à Galerio Maximiano ex-	4259.

fare

Anno  
mundi.Anno  
mundi.

facti, & quibus Maximinus maleficia, & stupra sua Christianorum persecutionibus accumulat. Paulus est ea tempestate Petrus Alexandria Episcopus, cum pluribus Aegypti Episcopis. Lucianus quoque vir moribus, & continencia, & eruditio praeceps, Antiochenus presbyter paulus est, & Timotheus Roma X. Kalendas Julias,

4259. Constantinus Constantij ex concubina Helena filius, in Britannia creatus Imperator, regnabit annis XXX. & 4288. mensibus X. Ab anno persecutionis quarto Maxentius Herculej Maximiniani filius Roma Augustus appellatur. Licinius Constantiæ sororis Constantini vir, Camuni Imperator creatur. Constantinus de persecutore Christianus efficitur. In Nicæo Concilio fides Catholica exponitur, anno post Alexandrum D CXXXVI. die mensis secundum grecos Desii nono decimo, quodex X. Kalendarum Julianarum, Consulatu Paulini & Juliani VVCC. Constantinus fecit Roma, ubi baptizatus est, basilicam beati Joannis Baptiste, quæ appellata est Constantiniana. Item basilicam beato Petro in templo Apollinis: necnon & beato Paulo; corpus utriusque ære Cypris circundans quinque pedes grossi. Item basilicam in palatio Sosioriano, vel potius Sessoriano, quæ cognominatur Hierusalem, ubi de ligno crucis Domini posuit. Item basilicam sanctæ martyris Agnes, ex rogatu filia sua: & baptisterium in eodem loco, ubi & baptizata est soror ejus Constantia cum filia Augusta. Item basilicam beato Laurentio martyri, via Tiburtina in agro Verano. Item basilicam via Labicana inter duos lauros beato Petro & Marcellino martyribus: & Mausoleum, ubi matrem suam posuit in sarcophago purpleo. Item basilicam in civitate Hofia juxta portum urbis Romæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Joannis Baptiste. Item basilicam in civitate Albanensi S. Joannis Baptiste. Item basilicam in urbe Neapoli. Item Constantinus Depranam Bithyniae civitatem in honorem martyris Lucianib[us] conditi instaurans, ex vocabulo matris sui Helenopolim nuncupavit. Idem urbem nominis sui statuens in Thracia sedem Romanii imperij, & totius caput orientis esse voluit. Idem statuit circa ullam hominum cædem Pagorum templo claudi.

4289. Constantius cum Constantino & Constance fratribus, annos XXIV, menses V. dies XIII. Jacobus Nilibus Episcopus cognoscitur, ad cuius preces sapè urbs discrimine liberata est. Impietas Arrianorum Constantij regis fulta, præsidio, exilijs, carceribus, & varijs afflictionum modis primum Athanasiū, deinde omnes non sive partis Episcopos persecuta est. Maximinus Trevorum Episcopus clarus habetur, à quo Athanasius Alexandria Episcopus, cùm à Constantio quereretur ad poenam, honorifice suceptus est. Antonius monachus CV. atatis anno in eremo moritur. Reliquia Apostoli Timothei Constantinopolim invectæ. Constantio Romanus ingresso, ossa Andrea Apostoli & Luca Evangelista, à Constantinopolitanis miro favore suscepta. Hilarius Piatiensis Episcopus, qui puluis ab Arrianis in Phrygia exulaverat, cùm apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.

4313. Julianus annos II, menses VIII. Julianus ad idolorum cultum conversus, Christians persequitur. Pagani apud Sebas- 4315. tien Palentinæ urbem sepulchrum Joannis Baptiste invadunt, ossa dispergunt, eadem rustum collecta & cremata, latius dispergunt. Sed Dei providentia affluere quidam ex Hierosolymis monachi, qui mixti colligentibus quæcunque ipsi poterant ablata, ad patrem suum Philippum pertulere. Ille confessum hæc (suprà se enim ducebatur tantum thesaurum proprii servare vigilijs) ad pontificem maximum, tunc Athanasiū per Julianum diaconum suum mitit. Quæ ille sufficipta paucis arbitris, sub cavato sacrarij pariete inclusa propheticò spiritu profutura generationi posteræ conservavit: cūjus præfigium sub Theodosio principe per Theophilum ejusdem urbis Episcopum completeret, qui destruxit Serapis, sepulchro, S. Joannis ibidem consecravit Ecclesiam.

4316. Jovianus mensibus VIII. Synodus Antiochiae à Melicio & suis facta, in qua iudeos & grecos rejecto, medium inter hæc 4315. iudeos & grecos Macedoniam dogma vindicaverunt. Jovianus lapsu Constantij prædecessoris admonitus, honorificis & officiosissimi literis Athanasiū requirit, ab ipso formam fidei & Ecclesiarum disponendarum suscepit modum. Sed ejus pialataque principia mors immatura corrupti.

4317. Valentianus cum fratre Valente annis XI. Apollinaris Laodicenus Episcopus multimostra nostræ religionis scripta componit, qui postea à fide devians hæresim sui nominis instituit. Damasus Roma Episcopus fecit basilicam juxta theatrum S. Laurentio, & aliam in Catacumbas, ubi jacuerunt corpora sancta Apostolorum Petri & Pauli. In quo loco platomipam ubi jacuerunt corpora sancta, veribus adornavit. Valens ab Eudoxio Arrianorum Episcopo baptizatus, nostros persequitur. Gratianus Valentianii filius III. ejus anno Ambianus Imperator factus est. Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur. Post Auxentij feram mortem Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem reæ Italia convertitur. Hilarius Episcopus Pictavius moritur.

4318. Valens cum Gratiano & Valentianino, Valentianini fratri sui filiis, annis IV. Valens lege data, ut monachi militarent, noientes multisibus iussit interfici. Gens Hunorum diu inaccessus reclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos, eosque sparsum conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothis transito Danubio, fugientes à Valente sine armorum depositione suscepit mox per avariciam Maximi ducis fama ad rebellandum coacti sunt, viisque Valentini exercitu per Traciam selemifcentes simul omnia cædibus, incendijs, rapinisque fuderunt.

4319. Gratianus cum fratre Valentianino annis VI. Theodosius à Gratiano Imperator creatus, maximas illas Scythias gentes, hoc est, Alanos, Hunos & Gothos magnis multisque p[ro]lijs vincit; cuius concordiam non ferentes Ariani, post XL. annos Ecclesiæ quas vi tenuere, reliquerunt. Synodus CL. Patrum congregat[us] urbe Augusta adversus Macedonia[m] sub Damasco Roma Episcopo. Theodosius Arcadium filium suum consortem facit imperij, à secundo Gratiani anno ipso sexies & Theodosio Coss. Theophilus paschalē computum scribit. Maximus, vir quidem strenuus & probus, atque Augusto dignus, nisi contra sacramentum fidem per tyrannidem emeruerit, in Britannia invitatus pro emendum ab exercitu Imperator creatus, in Galliam transtulit, ibique Gratianum Augustum dolis circumventum apud Lugdunum occidit, fratremque ejus Valentianum Italia expulit: qui tamen justissimam cum matre sua Justina peccatum luit exilijs, quæ & ipsum Arriana polluit hæresim, & eminenissimam Catholice fidei arcem Ambrosium perfida obsidio ne vexavit, nec prius quām prolatis beatorum Gervasio & Protasio martyrum Deo revelante reliquis incorruptis, nefanda cepra deservit.

4320. Theodosius, qui Gratiano vivente VI. annis jam orientem regebat, post mortem ejus regnat annis XI. ipse & Valentianus, quem Italia expulsum benignus suscepit. Maximum tyrrannum terro ab Aquileia Japide interficiunt: qui quoniā Britanniam omni penè armata juventute, copijsque militaribus spoliaverat, quæ tyrrannid[is] ejus vestigia secuta in Gallias, nunquam ultra domum rediere. Videntes transmarinæ gentes favissima, Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone destitutam milite ac defensore insulam, adveniunt, & vastatam direptamque eam multos per annos opprimunt. Hieronymus sacra interpres historiæ librum, quem de illustribus Ecclesiæ viris scribit, usque ad decimum quartum totius imperij Theodosij annum perduxit.

4321. Arcadius filius Theodosij cum fratre Honorio annis XII. Corpora sanctorum Abacuc & Michael Prophetarum di- 4348. vina revelatione produntur. Goths Italiam, Vandali atque Alani Gallias aggrediuntur. Innocentius Roma Episcopus

dedi-

- Anno mundi. 4376. Sic tertius Lucia-nus.
- ob pulvere
- 4376,
4402. iunctis.
- 4409.
4426. Odoacer legi Cef-sidorus Senator.
- 4471.
- dedicavit Basileam Gervasij & Protasij martyrum beatissimorum, ex devotione testamenti cuiusdam illustris fœmini Vestina. Pelagius Brito Dei gratiam impugnat. Honorius cum Theodosio minore, fratri sui filio, annis XV. Halaricus rex Gothorum Romanum invaserit, partemque ejus cremavit incendio. IX. Cal. Septemb. anno conditionis eius 1164. ac \* sexto die quam ingressus fuerat, depraedata urbe egressus est. Lucianus presbyter, cui revelat Deus sepius Honorij principis anno, locum sepulchri & reliquiarum beati protomartyris Stephani, & Gamalielis ac Nicodemi, qui in Evangelio & in Actibus Apostolorum leguntur, scriptis ipsam revelationem grecō sermonē ad omnium Ecclesiārum personam. Quia revelationem Avitus presbyter, homo Hispanus generē, in latīnum vertit eloquium, & adiecta epistola sua per Orosum presbyterū occidentalib⁹ dedit. Qui etiam Orosius ad loca sancta perveniens, quo eum Augustinus ad Hieronymum pro discenda anima ratione miserat, reliquias B. Stephani accepit, & patrīam reverens primus intulit occidenti. Britanni Scotorum Pictorumque infestationem non ferentes Romam mittunt, & sui subiectione promissa contra hostem auxilia flagitant, quibus statim missa legio magnam barbarorum multitudinem sternit, ceteros Britannie finibus pellit, ac domum reversura praecepit socijs \* ad arcendos hostes murum trans insulam inter duo maria statuerē, qui absque artifice magistro magis cespite quam lapide factus nil operancis profuit. Nam mox ut discessere Romani, advectus navibus prior hostis, quasi maturam segetem obvia qua que sibi cedit, calcat, devorat. Iterum petiti auxilii Romani advolant, & casum hostem trans maria fugant, coniunctisque sibi Britannis murum, non terra ut ante \* pulvereum, sed saxo solidum inter civitates, que ibidem ob metum hostium fuerant facte, amari usque ad mare collacant. Sed & in litora meridiana maris, quia & inde hostis timebatur, turris per intervalla ad prospectum maris flatuunt, sic valedicunt socijs tanquam ultra non reverfuri. Bonifacius Roma Episcopus, fecit oratorium in cemiterio sancta Felicitatis, & ornavit sepulchrum eius, & S. Sylvani. Hieronymus presbyter obiit duodecimo Honorij anno, pridie Cal. Octob. anno sua 91.
- Theodosius minor Arcadij filius annis viginti & sex. Valentianus junior Constantij filius Ravenna Imperator creatur. Placidia mater eius Augusta nuncupatur. Efferā gens Vandalorum, Alanorum, & Gothorum, ab Hispanis ad Africam transiens, omnia ferro, flamma, rapinis, sumi, & Ariana impietate profudit. Sed B. Augustinus Hipponeus Episcopus, & omnium docto ruminis Ecclesiārum, ne civitas sua ruinam videret, tertio obsidionis ejus mense migravit ad Dominum, v. Calendas Septembris, cum vixisset annis septuaginta sex: in clericatu autem, vel Episcopatu annos ferrime quadragesima complexis, quo tempore Vandali capta Carthagine, Siciliam quoque deleverunt. Cuius captivitatis Paschalinius Lilybiensis antiles in epistola, quia de ratione paucali Papa Leonī scripsit, meminuit. Ad Scotos in Christum credentes, ordinatus a Papa Celestino, Palladius I. Episcopus mittitur. Anno Theodosij octavo, recedente a Britannia Romano exercitu, cognita Scotti & Picti reditus denegatione, redeunt ipsi, & totam ab Aquilone insulam pro indigenis muro tenus capessunt. Nec mora, casis, captis, fugatis custodibus muri, & ipso interrupto etiam intra illum crudelis prædo grastatur. Mittitur epistola lachrymis exanimisque referata ad Romanā potestatis virum. Atiū ter cōfusile: vicefimo tertio Theodosij principis anno, petens auxilium, nec imperat. Interea famēs dira ac famosissima fugatos infestat: qua coacti quidam hostibus dedere manus. Alij de montibus, speluncis ac saltibus strenue repugnabant, ac strages hostibus dabant. Revertuntur Scotti domum, post non multum tempus reverfuri. Picti extremam insulæ partem tum primum & deinceps in habitaturi detinent. Famē praefatam magna frugum opulentia, opulentiam luxuria & negligētia, negligētia lues acerrima, & acrior mox hostium novorū, id est, Anglorum, plaga sectuta est: quos illi unanimi consilio cum rege suo Wericero quasi defensores patriæ ad se invitando elegerunt: sed exceptos mox impugnatores atque expugnatores cōfusentur. Xistus Roma Episcopus, fecit basilicam sancta Mariae matris Domini, qua ab antiquis Liberi cognominabatur. Eudoxia uxor Theodosij principis ab Hierosolymis remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, que in basilica sancti Laurentii polita venerantur, secum deferens. Bleda & Attila fratres, multarumque gentium reges Illyricum Thraciamque depopulati sunt.
- Martianus & Valentianus anni sunt septem. Gens Anglorum live Saxonum Britanniam tribus longis navibus advehitur, quibus dum iter prosperatum domi fama referret, mititur exercitus fortior, qui \* junctus prioribus, primo hostes quos perebat, abegit: deinde in socios atma vertens, rotam proprie insulam ab Orientali ejus plaga, usque ad Occidentalem igni vel ense subegit, confusa occasione: quod pro se militantibus, Britones minus sufficienter stipendiā darent. Joannes Baptista caput suum duobus Monachis orientalibus, qui ob orationem venerant Hierosolymam, juxta Herodis quandam regi habitaculum revelat, quod deinceps Emilius Phoenicius urbem perlatus, & digno honore cultum est. Hæresis Pelagiana Britannorum turbat fidem, qui à Gallicanis Episcopis auxiliū querentes, Germanum Altiodorensis Ecclesiae Episcopum, & Lupum Trecensem aquæ Apostolicae gratia antistitem, fidei defensores accipiunt: confirmanṭ antistites fidem verbo veritatis simul & miraculorum signis. Sed & bellum Saxonum Pictorumque adversus Britones eo tempore junctis viribus suscepimus divina virtute retundunt. Cum Germanus ipse dux bellī factus, non tuba clangore alieū totius exercitus voce ad fidem levato, hostes in fugam vertit immanes: qui deinceps ad Ravennam pervenient, & summa reverentia à Valentianino & Placidia suscepti, migravit ad Christum: corpus honorifico agnati comitabitur virtutum operibus Altiocorum defertur. Atius Patricius magna Occidentalis reipublica salus, & regi quandam Attilæ terror, à Valentianino occiditur, cum quo Hespetium cecidit regnum, neque haec tenui valuit relevari.
- Leo annos decem & septem. Hic pro Torno Chalcedonensis per universum orbem singulis orthodoxorum Episcopis, singulas consonantesq; misit epistolā, quid de eodem Torno sentirent, rescribi sibi postulans. Quorum adeo consonantia de vera Christi incarnatione suscepit omnium rescripta, ac si uno tempore unoq; dictante suffit universa conscripta. Theodoretus Episcopus civitatis, qua à Cyro Persarum rege condita, Cyriæ nomen habuit, scribit de vera incarnatione Dñi salvatoris adversus Eusebium & Dionysium Alexandria Episcopum, qui humanam in Christo carnem negant. Scripsit & historiam Ecclesiasticam a fine librorum Eusebii usque ad suum tempus, i.e. usque ad Imperium Leonis hujus, sub quo & mortuus est. Victorius iubente Papa Hilario scripsit paschalem circumulum XXXII. annorum.
- Zenon annos XVII. Corpus Barnabæ Apostoli, & Evangelium Matthæi ejus stylō scriptum ipso revelante reperitur, \* Odoacer rex Gothorum Romanum obtinuit, quam ex eo tempore diutius eorum reges reuineunt. Mortuo Theodoricō Triarij filio aliis Theodorici cognomento Valamer Gothorum suscepit regnum, qui utrumque Macedoniam Thessaliāmque depopulatus est, & plurima regia civitatis loca igne succendens, Italiam quoque infestus occupavit. Honorus rex Vandalorum Arianus in Africa exultans diffugatisque, plus quam CCCXXXIV. Episcopis Catholicis Ecclesiās eorum clausit, plebem varijs affecti supplicijs, & quidem innumeris, manus abfīndens, linguis præcidit, nec tamen loquelam Catholicā confessionis eripere potuit. Britones duce Ambroſio Aurelianō viro modesto, qui solus forte Romanā gentis Saxonum cedi superuerat, occisis in eadem parentibus purpura induitis, viētricem eorum gentem provocantes ad prælium, vincunt, & ex eo tempore nunc hi, nunc illi palmarū habuere, donec advena potentior tota per longum poriretur insula.
- Anastasius annos XXVIII. Thrasamundus Vandalorum rex Catholicas Ecclesiās clausit, & CCXX. Episcopos exilio

Anno mundi. 4361.

4402.

4409.

4426.

4443.

4443.

4443.

Anno  
mundi.anno  
mundi.

exilio Sardiniam misit. Symmachus papa inter multa Ecclesiastum opera, que vel à fundamento creavit, vel præsca renovavit, ad B. Petrum, & B. Paulum, & B. Laurentium pauperibus habitacula contruxit, & omni anno per Africam vel Sardiniam Episcopos qui in exilio erant, pecunias & vestes ministrabat. Anastasius, quia hæresi favens Euchyteris Catholicos infecitus est, divino fulmine perit.

4480. Iustinus senior annos ix Joannes Romana ecclesia pontifex Constantinopolim veniens, ad portam que vocatur Aurora, populorum turbis ei occurrentibus, in conspectu omnium roganti cæco lumen reddidit, qui dum rectius Ravennam venisset, Theodosius cum cum comitibus carceris afflictione peremisit, invidia dicitur, quia Catholica pietatis defensor Justinus eum honorifice suscepserit, quo anno id est. Consulatu Probi junioris & Symmachum Patrium Ravennam occiderat, & ipse anno sequente ibidem subita morte perit, succedente in regno Athalarico nepote ejus. Hildericus Vandalorum rex, Episcopos ab exilio reverti, & ecclesiastis instaurare præcepit, post annos LXXIV. hæretica prophanationis. Benedictus abbas virtutum gloria claruit, quas beatus papa in libro dialogorum scriptus.

4481. Justinianus Iustini ex sorore nepos, annos XXXVII. Belizarius Patrius a Iustiniano in Africam missus, Vandorum gentem delevit. Carthago quoque anno excelsioris sua xvii. recepta est, pulsis devictisque Vandals & Gelismero rege corum capto Constantinopolim missio. Corpus S. Antonij monachi divina revelatione repertum Alexandriam defertur, & in Ecclesia B. Baptista Joannis humatur. Dionsius psalmes scribit circulos, incipiens ab anno dominice incarnationis XXXI. qui est annus Diocletiani CCXLVIII. post Consularum Lampadij & Orestis, quo anno Codex Justinianus orbis promulgatus est. Victor quoque Capuanus episcopus librum de pascha scribens, Victorij arguit errores.

4482. Justinus minor, annis XI. Narjis Patrius Totilam Gothorum regem in Italia superavit & occidit, qui deinde per inviam Romanorum, pro quibus multa contra Goths laboraverat, accusatus apud Iustinianum & conjugem ejus Sophiam, quod servitio premeret Italiam, secessit Neapolim Campania, & scripsit genti Longobardorum, ut venirent & possident Italiam. Joannes Romana ecclesia pontifex, Ecclesiam Apostolorum Philippi & Jacobi, quam prædecessor ejus Pelagius cœperat, fecit & dedicavit.

4483. Tiberius Constantinus annos VII Gregorius tunc Apocrisiarius, in Constantinopoli, post Romanus Episcopos, libros expositionis in Job condit, & Eutychium ejusdem urbis Episcopum in fide nostræ resurrectionis errasse Tiberio præsente convicxit: ita ut ipse Augustus librum ejus, quem de resurrectione script, suis quoque Catholicis allegari non debet, liberaret flammis cremari debuisse. Docebat enim idem Eutychius corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, & ventis & reque subtilius esse futurum, contra illud dominicum: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videris habere. Gens Longobardorum comitate fame & mortalitate omnem invadit Italiam, ipsamque Romanam valetrix ob sider urbem, quibus tempore illo rex præter Albinius.

4484. Mauricius annos XXI. Hirmingildus Levigili Gothorum regis filius, ab fidei Catholica confessionem inexpugnabilem, à patre Ariano regni privatus insulæ, & in carcere ac vincula projectus, ad extremum nocte sancta dominice resurrectionis leuci in capite percussus, regnum cœlestis pro terreno rex & martyr intravit. Cujus frater Richardus mox ut regnum post patrem accepit, omnem Gothorum cui præter gentem instanti Leandro Hispaniano episcopo, qui & Hirmingildum docuerat, Catholicam convertit ad fidem. Gregorius Romanae ecclesia pontifex & docttor eximus, anno Mauriti imperij XIII. indictione decimateria, Synodus apicorporum XXIV. ad corpus beati Apostoli Petri congregans, de necessariis ecclesiæ decernit: Idem missis Britanniam Melito, Augustino & Joanne, & alijs pluribus cum eis monachis timentibus Deum, ad Christum Anglos convertit. Et quidem edilbertus mox ad Christi gratiam conversus cum gente Cantuariorum cui præterat, proximisque provincijs, etiam episcopum doctoremque suum Augustinum, sed & ceteros sacerdos antistites episcopali fede donabat. Porro gentes Anglorum ab Aquilone Umbri fluminis sub regibus Aellæ & Aedilfrido sita, nec dum verbum vita audierant, Gregorius XVIII. anno Mauriti, indictione IV. scribens Augustino, Londini quoque & eboraci episcopos, accepto à sede Apostolica pallio Metropolitanos esse debere decrevit.

4485. Phocas annos VIII. Hujus secundo anno, Indictione VIII. Gregorius papa migravit ad dominum. Hicrogante papa Bonifacius statuit sedem Romanæ & Apostolice ecclesiæ caput esse omnium ecclesiærum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiærum scribebat. Idem alio papa Bonifacio petente, iussit in veteri Fano quod Pantheum vocabatur, ablatis idolatriæ sordibus ecclesiæm beate semper virginis Marie, & omnium martyrum fieri: ut ubi quoniam omnium non deorum, sed dæmoniorum cultus aegebatur, ibi deinceps omnium fieret in memoria sanctorum. Perse aduersus templicam gravissima bella gerentes, multis Romanorum provincijs & ipsam Hierosolymam auferunt, & destruentes ecclesiæ, sancta quoque prophanantes inter ornamenta locorum vel fanorum vel communium que abstulerent, etiam vexillum dominica crucis abducunt.

4486. Heraclius annos XXV. Anafasius Perfa Monachus nobile pro Christo Martyrium patitur, qui natus in Perside magicas à patre puer artes discebat, sed ubi à captiuis Christianis Christi nomen accepérat, in eum mox animo toto converitus reliqua Perside, Calcedonianum Hieropolitanum Christum quærens, ac deinde Hierosolymam perit, ubi accepta baptismatis gratia, quarto ab eadem urbe militario monasterium abbatis Anastasi intravit, ubi VII. annos regulariter vivens, dum Cælaream Palestinæ orationis gratia venisset, caprus à Persis, & rauta diu verbena inter carcere & vincula Marzabana judice perpessus est: tandem mittitur Persiden ad regem corum Chosonem, a quo tertio per intervalla temporis verberatus, ad extremum una suspensus manu per tres horas diei, sic decollatus cum alijs LXX. martyrium complevit. Mox tunica ejus indutus quidam de moniacis curatus est. Interca supervenientis cum exercitu Heraclius princeps, superatis Persis, Christianos qui erant captiivi reduxit gaudentes. Reliquia beati martyris Anastasi primo monasterium suum, deinde Romanæ advenit, venerantur in monasterio B. Pauli Apostoli, quod dicitur ad aquas Salviæ. Anno Heraclij regni XVI. Indictione XV. Edwilius excellensissimus rex Anglorum in Britannia transumbræ gentis ad aquilonem, predicante Paulino episcopo, quem miserat de Cantia venerabilis Archiepiscopus Justus, verbum salutis cum sua gente suscepit, anno regni sui XI. adventus autem Anglorum in Britanniam plus minus annos CLXXX. ei que Paulino sedem episcopatus eboraci donavit, cui profecto rei in auspicio venturae fidei & regni cœlestis, potestas quoque terreni creverat regni, ita ut universos Britanniæ fines, quod nemo Anglorum ante eum, sae vel ipsorum vel Britonum gentes habitabant sub ditione accepérat. eo tempore exortum apud Scottos in observatione paschæ errorem quadragecinanorum Honoriū papa per epistolam redarguit, sed & Joannes qui successori ejus Severinò successit, cum adhuc esset electus in Pontificatum, pro eodem pascha cis simul & pro religianahæresi, quæ apud eos revivisebat, scripsit.

4487. Heraclonas cum matre sua Martina annis II. Cyrus Alexandria, Sergius & Pyrrhus regiæ urbis episcopi, acce-  
phalorum hærelim instaurantes, unam operationem in Christo divinitatis & humanitatis, unam voluntatem dogmati-  
ciant. e quibus Pyrrhus ijs temporibus, i. sub Theodoro papa Romanum veniens ex Africa, facta, ut post apparuit, po-  
eni entia obtulit eidem papa, præsente cuncto clero & populo, libellum cum sua subscriptione, in quo condemnantur

anno  
mundi.

4471.

anno  
mundi.

4480.

Geijmero

4518.

4529.

4536.

quoque

4565.

4591.

tradicidit.

4593.

Anno  
mundi.

omnia quæ à se vel à decessoribus suis scripta vel acta sunt aduersus Catholicam fidem. Unde & benignè suscepit est ab eo quasi regia Pontifex civitas. Sed quia reversus domum repetit, & errorum domesticum, memoratus papa Theodorus advocatis cunctis sacerdotibus & clero in Ecclesiam B. Petri Apostolorum principis, condemnavit eum sub vinculo anathematis.

4593.

Constantinus filius Heraclij mensibus VI. Pyrri successor Paulus non tantum vesana doctrina, sicut decessores ejus, sed & aperta persecutio Catholicos cruciat, Apocifarios sanctæ Ecclesie Romanae, qui ad ejus correctionem missi fuerant, partim carcere, partim exilijs, partim verberibus afficiens. Sed & altare corum in domo Placidæ sacratum, in venerabili oraculo subvertens diripuit, prohibens eos ibidem missas celebrare. Unde & ipse sicut præcessores illius ab Apostolica sede iusta depositionis ultione damnatus est.

4594.

Constantinus filius Constantini annis viginti & octo. Hic deceptor à Paulo sicut Heraclius avus ejus à Sergio ejusdem regie civitatis Episcopo, exposuit typum aduersus Catholicam fidem, nec unam nec duas voluntates aut operationes in Christo definiens esse confitendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. Unde Martinus Papa congregata Roma Synodo centum & quinque Episcoporum, damnavit sub anathemate præfatos Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum hæreticos. Et post hac missus ab Imperatore Theodosio Hexarchus, tulit Martinum Papam de Ecclesia Constantiniana, perduxitque Constantinopolim, qui post hac relegatus Cersonam ibidem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie resurgens. Facta est autem Synodus præfata anno IX. Imperio Constantini, mense Octobri, Indictione VIII. Constantinus princeps Vitaliano Papa nuper ordinato, misit beato Petro Apostolo Evangelia aureagemmis albis mire magnitudinis in circuitu ornata, ipse post aliquot annos, id est, per Indictionem VI. vienies Romanus, obtrulit super altare ipsius pallium auro textile, toto exercitu cum cereis Ecclesiam intrante. Sequenti anno facta est ecclipsis solis quam nostra ætas meminit, quasi decima hora diei, V. Nonas Majas. Theodosius Archiepiscopus, & Hadrianus abbas, vir æquè doctissimus, à Vitaliano missi Britanniam plurimas Ecclesiæ Anglorum doctrinæ Ecclesiæ fruge fecundaverunt. Constantinus post plurimas & inuiditas depraedationes provincijs factas occisus in balneo periit, Indictione XII. Neclongo post tempore etiam Vitalianus Papa celestia regna petiit.

4639.

Constantinus filius Constantini superioris regis annis XVII. Saraceni Siciliam invadunt, & præda nimia secum ablata, mox Alexandriam redeunt. Agatho Papa exortatus Constantini Heraclij & Tyberij principum p̄ij simorum, misit in regiam urbem legatos suos, in quibus erat Joannes Romana Ecclesie tunc Diaconus, non longe post Episcopos, pro adiutorio facienda sanctarum Dei Ecclesiarum. Qui benignissime suscepit à reverendissimo fidei Catholica defensori Constantino, iussi sunt remissi disputationibus philologicis pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cuncti antiquorum Patrum quos petebant libellis. Adiuerunt autem & Episcopi CL. præsidente Georgio Patriarcha regie urbis, & Antiochiae Macario. Et convicti sunt, qui unam voluntatem & operationem astrebant in Christo falsis Patrum Catholicorum dictis perplurimas. Finito autem conflicitus Georgius correctus est. Macarius vero cum suis sequacibus, simul & prædecessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrro, Paulo & Petro anathematizatus, & in locum ejus Theophanius abbas de Sicilia Antiochiae Episcopus factus. Tantaq[ue] gratia legatos Catholica pacis comitata est, ut Joannes Portuenensis Episcopus, qui erat unus ex ipsis, dominica octavarum Paclia missas publice in Ecclesia S. Sophiae coram principe & Patriarcha latine celebraret. Hæc est sexta Synodus universalis Constantinopolitana celebrata, & Græco sermone conscripta, temporibus papæ Agathonis, exequente ac residente p̄ijissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legis Apostolicae sedis & Episcopis C. L. residentibus. Prima enim universalis Synodus in Nicæa congregata est contra Arium, CCCXVIII. patruu. temporibus Julij papa sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli CL. patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damasi papa & Gratiani principis, quando Nestorius eidem urbi est ordinatus Episcopus. Tertia in Epheso CC. patrum contra Nestorium Auguste utbis Episcopum, sub Theodosio magno principe & papa Caælestino. Quarta in Chalcedone, patrum DCXXX. sub Leone papa, temporibus Mariani principis, contra Eutychem nefandissimorum præsumptum monachorum. Quinta item Constantinopoli, temporibus Vigilij papa, sub Justiniano principe, contra Theodorum & omnes hæreticos. Sexta hæc de qua in præfenti diximus. Sancta & perpetua virgo Christi Editha filia Anna regis Anglorum, & primo alteri viro permagnifica, & post Ecgfrido regi conjux data post quam duodecim annos horum incorrupta servavit maritalem, post regnam sumptu velamine sacro virgo sanctimonialis efficitur. Nec mora etiam virginum mater & nutritrix pia sanctarum, accepto in constituendum monasterium loco, quem \* Aelge vocant, cuius merita vivacia testatur etiam mortua caro, quæ post XVI. annos sepulture cum vele que involuta est, incorrupta reperitur.

Eylege.

4649.

Justinianus minor filius Constantini annos X. Hic constituit pacem cum Saracenis decennio terra marique. Sed & provincia Africa subjugata est Romano Imperio, quæ fuerat tenta à Saracenis, ipa quoque Carthaginem ab eis capta & destruta. Hic beatæ memoria Pontificem Romanam Ecclesie Sergium, quia erratica fuit Synodo, quam Constantinopoli fecerat, favere & subscribere noluisset, misso & Zacharia protoplatio suo iussit Constantinopolim deportari. Sed prævenit militi Ravennatae urbis, vicinarumque partium iussa principis nefanda, & cunctem Zacharium contumelij & injurijs ab urbe Roma repulit. Idem papa Sergius ordinavit venerabilem virum Willibordum cognomine Clementem Frisonum genti Episcopum, in qua usque hodie pro æterna patria peregrinus (est enim de Britannia gentis Anglorum) innumera quotidie diabolico detimento & Christianæ fidei facit augmenta. Justinianus ob culpam perfidae regni gloria privatus exilii in Pontum fecedit.

4652.

Leo annos III. Papa Sergio in sarcario beati Petri Apostoli capsam argenteam, quæ in angulo obscurissimo diutissime jacuerat, & in ea crucem diversis ac pretiosis lapidibus adornata, domino revelante reperit, de qua tractis IV. Petallis, quibus gemma inclutæ erant, miræ magnitudine portionem ligni salutiferi dominice crucis interius repositam infexit, quæ ex tempore illo annis omnibus in basilica Salvatoris, quæ appellata Constantiniana, die exaltationis ejus ab omni oscularunt, atque adoratur populo. Reverendissimus Ecclesie Lindisfarneensis in Britannia, ex anchorita antistites Cuthbertus, totam ab infante usque ad senium vitam miraculorum signis inclytam duxit: cuius dum XI. annos maneret corpus humatum incorruptum, post hæc quasi eadem hora defuncti simul cum ueste quæ tegebatur inventum est sicut in libro de ejus vita de virtutibus, & profa nuper & hexametris versibus scripto, ante aliquot annos ipsi signavimus.

4659.

Tiberius annos VII. Synodus Aquileia facta ob impunitiam fidei, quintum universale Concilium suscipere diffidit, donec salutaribus beati Papa Sergij monitis instructa, & ipsa huic cum ceteris Christi ecclesijs adnuere consentit. Gisulphus dux gentis Longobardorum Beneventi Campaniam igne, gladio & captivitate vastavit, cumq[ue] non esset qui ejus impuniti resisteret, Apostolicus Papa Joannes, qui Sergio successerat mississad eum sacerdotibus, ac donariis plurimis, universos redemit captivos, atque hostes domum redire fecit. Cui successit alius Joannes, qui inter multa operum illiuslum fecit Oratorium sanctæ Dei genitrici, opere pulcherrimo, intra Ecclesiam beati Apostoli Petri. Heribertus rex Longobardorum multas cortas & patrimonia alpum Coriarum, quæ quondam ad jus pertinebant Apo-

Anno  
mundi.

4594.

4622.

4639.

4649.

4652.

stolicæ

Anno  
mundi.

stolicæ sedis, sed à Longobardis multo tempore fuerant ablatæ, restituit juri ejusdem sedis, &amp; hanc donationem aureis scriptam literis Romanis dixit.

Anno  
mundi.

4665.

Justinianus secundo cum Tiberio filio annos VI. Hic auxilio Trebelli regis Vulgarorum regum recipiens, occidit eos quise expulerant Partitios, & Leonem, qui locum ejus usurpaverat, nec non & successorem ejus Tiberium, qui eum de regno ejectione, toto quo ipse regnabat tempore in eadem civitate in custodia tenuerat. Callinicum vero Patriacham, eritis oculis miseri Romanum, & dedit Episcopatum Cyro, qui erat abbas in Ponto, eumque alebat exelem. Hic Constantimum Papam ad se venire jubens, honosse suscepit, ac remisit, ita ut eum die Dominica missas sibi facere jubens, communionem de manu ejus accepit; quem prostratus in terra pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta Ecclesia privilegia renovavit. Qui cum exercitum mitteret in Pontum, multum prohibet Papa Apostolico ad comprehendendum Philippicum, quem ibi relegaverat, conversus omnis exercitus ad partem Philippici, fecit eum ibideim imperatorem, reversus que cum eo Constantinopolim pugnavit contra Justinianum, ad duodecimum ab urbe miliarium, & viiæ atque occido Justiniano, regnum suscepit Philippicus.

4665.

Philippicus anno uno, mensibus sex. Hic ejecit Cyrum de pontificatu, eumque ad gubernandum abbatis jure monasterium suum Pontum redire præcepit. Idem Constantinus Papæ misit literas prædictas, quas ille cum Apostolice sedis Concilio respuit, & hujus rei causa fecit picturas in portico S. Petri, quæ acta sex sanctorum Synodorum universalium continerent. Nam & hujusmodi picturas cum haberentur in urbe regia, Philippicus iusserat auferri, statuitque populus Romanus, ne hereticorum imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram solidi suscipierent: unde nec ejus effigies in Ecclesiæ introducta est, nec nomen ad missarum solemnia prolatum.

4667.

Anastasius annis III. Hic Philippicum captum oculis privavit, nec occidit. Idem litteras Constantino papæ Romani per Scholasticum patritum & Hexachrum Italæ direxit, qui se fautorum Catholicæ fidei, & sancti sexti Concilij predicatorum esse docuit. Liudbrandus rex Longobardorum donationem patronum Alpium Cottiarum, quam Heribodus rex fecerat: & ille repeterat admonitione venerabilis papæ Gregorij confirmavit. Eberchitus vir sanctus de gente Anglorum, & fæderotum monachica vita etiam pro coelesti patri peregrinus exornans, plurimas Scotticas gentis provincias ad canonicas paschalis temporis obseruantiam, à qua diutius aberraverant, pia prædicatione convertit, anno ab incarnatione Domini DCCXVI.

4667.

Theodosius anno uno. Hic electus in imperatorem, Anastasium apud Nicæam civitatem gravi prælio vicit, datoque sibi sacramento, clericum fieri ac presbyterum fecit ordinari. Ipse vero ut regnum accepit, cum esset Catholicus, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sanctæ lex Synodi erant depictæ, & à Philippico fuerant dejectæ, pristino in loco crevit. Tyberis fluvius alveum suum egressus, multa Romane fecit extiria civitatis ut in via lata ad unam & semis statu ram excreceret, atque à porta sancti Petri usque ad pontem Molivium aqua descendentes conjungerent. Manit autem diebus septem, donec agentibus litanias crebras civibus, octavo denum die revertit. His temporibus multi Anglorum gentis nobiles & ignobiles, viri & foeminae, duces & privati, divini amoris instinctu de Britannia Romam venire conuerterunt: inter quos etiam reverendissimus abbas meus Ceolfridus annos natus septuaginta quatuor, cum esset presbyter annis quadragesima septem. Abbas autem XXXV. ubi Lingonæ pervenit, ibi defunctus, atque in Ecclesiæ beatorum Geminorum martyrum sepultus est, qui inter alia donaria, quæ adferre disposerat, misit Ecclesiæ S. Petri Pandæsten, à beato Hieronymo in latinum ex Hebreo vel Graco fonte translatum.

4670.

Leo annis IX. Saraceni cum immenso exercitu Constantinopolim venientes, triennio civitatem obseruant, donec civibus multa infanthia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, pestilentia perirent, ac si præfati obſidionis abscederent, qui inde regredi Bulgaria gentem, quæ est super Danubium bello aggrediuntur: & ab hac quoque vieti refugiunt, ac naves repetunt suas. Quibus cum alcum peterent, ingruente subita tempestate, plurimi etiam metis five confitunt per littora navibus sunt necati. Liudbrandus audiens quod Saraceni depopulata Sardinia etiam loca sedarent illa, ubi ossa S. Augustini Episcopi propter vastationem Barbarorum olim translata, & honorificè fuerant condita, misit: & dato magno pretio accepit, & transfluit ea in Ticinis, ibique cum debito tanto patri honore recondidit.

4680.

Huic annorum numero consuetuus Chronica Hermanni Contracti, qui tot annos mundi continere dicit Beda libro majori de Temporibus, sive de ratione temporum.

SCHOLIA IN CHRONICON, SEU LIBRUM DE SEX MUNDI AETATIBUS,  
quem Beda Anglo-Saxo cognomento Venerabilis, Britannus presbyter, ad sua usque tempora  
breviter et complexus, authore Joanne Noviomago.

**E**xactam temporum rationem, ut ferè solet rerum à nostra memoria remotarum, non credo usquam ad unguem extare, neque facile est de his pronunciare: præsertim cum plurimi atque vetusti scriptores ambiant, pauci inter se convenient: seu ex eo quod regum aliorumve magistratum & dignitatem, per quas computatum est, quorundam obcurior fama fuerit: seu (quod citius crediderim) propter doctorum hominum, qui sua etatis res observarent ordine annorum, indigentiam. Propterea qui longo temporum intervallu præteriti temporis acta resseverant, neceps habuerunt conjecturam quicquid suis, hanc rem indagare, ubi dum alias alijs sequuntur, fit ut pro hac varietate non omnes inter se convenient. Sic Eusebius, Orosius & Beda, ab Adam usque ad Caroli imperium, sub quo nos sumus, quod nunc ad XXXVII. annum tentis anno a Christo nato MDXXVI. adiectis annis postea actis, fluxerint anni VIM. DCCXXXIV. secundum Hebreos, & Ioannem Picum V.M. XLIII. secundum primos Ecclesiæ patres VIIIM. XXXV. secundum Alphonsum regem Hispanie VIIIIM. DXX. verum recentiores Beda opinionem ut plurimum sequuntur. Præterea admonendum & illud ducimus, quod in ordine Imperatorum nonnumquam omittuntur bi, quorum plures sinnit vix annum unum, aut alterum explorunt nonnumquam quos alijs omittunt ex eadem causa hic recensent. Ibi & nominum varietas pro illa multiplici forma nominum apud grammaticos annotata, que Lectorum facile turbare posset, ut Merentium apud alios dictum, Beda Constantium vocat: & qui apud Bedam Heraclonas, alijs Heraclion dictus est: pars modo Ihilippus & Philippicus. Tum & illud secundum est, quod Leo ille postremus imperatorum apud Bedam, hic novem annos habet, intellige dum Beda haec scriberet, nondum expleto imperio: imperavit enim annos XXIV.

Erat in Basileensi editione hūc adnexa appendix ex diversis authoribus concinnata, quam quoniam non est ipsius Beda, hic omisimus: ex alijs historicis facile Lector Benevolus habere poterit.